

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIVNT DECRETA PII PAPE VT DIE DOMINICO PASCHA CELEBRETVR.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

inimicitia atque irreprehensibilem fidem ac conuersationem ducere, nec non & peregrina negotia & iudicia prohibemus, quia indignum est, ut ab externis iudicentur qui prouinciales & a se electos debent habere iudices. Nos quidem ex omni parte carpendo occasiones abscidimus. Nos superne me mores discipline quibuscumque cadentibus dexteram porrigimus, & a ruine precipitio quos possumus releuamus, & defensionis adminiculum totis viribus prebere cupimus. Certe si vel mens sit recti consilia, vindicta dignus est qui aliis existit causa periculi, qui vero innocentem vel fratrem quocumque ingenio persequitur, ipse in se iugulum mortis impingit, ut ait diuinus, & beatus Preco. Noli detrahere, ne eradiceris, noli accusare, ne accuseris, noli iudicare, ne iudiceris, quia in quo iudicio iudicaueris, iudicabitur de te. Nemo creditur nos odisse quorum relatione non leditur, dicit enim dominus. Omne regnum in se diuisum non stabit, & omnis scientia aut regula aduersum se diuisa non stabit. Ideoque necesse est, ut concorditer salubres suscipiatis hortatus, nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimes diuinis & apostolicis constitutionibus pareatis. Data. xvii. kalend. octobris magno & camerino consulibus.

ITEM EPISTOLA YGINII PAPE AD ATHENIENSES.

PAPA YGINIVS ATHENIENSIBVS SALVTEM. A
 Multa michi fiducia est apud vos fratres, & multa gloriatio pro vobis. Repletus sum consolatione superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Tribulor enim quando de vobis audio quod non oportet. Consolor vero quotiens ea inter vos fieri cognouero que bonos christianos decet implere. Nolite fratres iugum ducere cum infidelibus, unde doctor gentium loquitur dicens. Que participatio iustitie cum iniquitate? quis autem consensus templo dei cum idolis? vos enim estis templum dei viui, sicut dicit dominus. Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum deus, & ipsi erunt michi populus. Si enim deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudibus in femi detractos in tartarum tradidit, in iudicio cruciandos reseruari, & originali mundo non pepercit, sed octauum Noe iustitie preconem custodiuit diluuium mundo impiorum induces, & ciuitates Sodomorum, & Gomorreorum in cinere redigens euersione damnauit, exemplum eorum qui impie acturi sunt ponens quid putatis iniquis & impiis perseuerantibus in nequitia eorum erit? Iustum vero Loth oppressum a nefandorum iniuria conuersatione eruit, aspectu enim & auditu iustus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Nouit deus pios de temptatione eripere, iniustos vero in diem iudicii cruciandos reseruare, magis autem eos qui post carnem in concupiscentiam immundicie ambulat, dominationemque contemnunt audaces, sibi placentes, sectas non metuunt facere blasphemantes. Vnde alieni erroris socii a sui propositi tramite non recedunt, aut apostolice sedis iussionibus inobedientem suscipere non possumus, quia inter fideles credentes vel sanctorum patrum iussionibus obtemperantes permittimus quia inter fideles magna debet esse discretio, & infideles. Si deus fratres iustis non pepercit, quid de nobis peccatoribus fieri putatis? Custodite vos ab omni inquinamento carnis & corporis, ut salui sitis in die aduentus domini, vnum autem hic non lateat vos, ut ait apostolus. Charissimi quia vnus dies apud dominum sicut mille anni, & mille anni, sicut vnus dies. Non tardat dominus promissis, sed patienter expectat propter vos nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reuerti. Adueniet autem dies domini, ut fur in qua celi magno impetu transierint, elementa vero calore soluentur. Cum hec ergo omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus expectantes & properantes in aduentum diei, per quem celi ardentes soluentur, & elementa ignis calore tabescent. Nos vero celos novos & terram nouam & promissa ipsius expectamus in quibus iustitia inhabitat. Deus autem omnis gratie qui vocauit vos in eternam suam gloriam in christo Iesu modicum passus ipse perficiet, confirmabit, & consolidabit, ipsi gloria, & imperium in secula seculorum. Amen. Data. x. kal. Martii magno & camerino consulibus.

INCIPIVNT DECRETA
PII PAPE VT DIE DOMINICO PASCHA CELEBRETVR.

A



IN OMNIBUS ECCLESIIS IN EADFM QVA SVMVS

B

fide & doctrina manentib⁹ pius apostolice sedis archiepiscopus. Gratias agimus fratres deo, quoniam crescit fides vestra & abundat charitas vniuscuiusque omnium vestrum inuicem, ita ut nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei, videte fratres, videte, ut nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorum, que non vidit ambulas frustra inflatus sensus carnis sue, & non tenens caput, ex quo totum corpus per nex⁹ & coniunctiones ministratum & constructum crescit in augmentum domini, sed induite vos sicut electi dei sancti & dilecti viscera misericordie, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam supportantes inuicem & donantes vobismetipsis si quis habet querelam. Et sicut christus donauit vobis, ita & vos. Ceterum nosse vos volum⁹ quod pascha domini, die dominica annuis solennitatibus sit celebrandum. Illis ergo temporibus Hermes doctor fidei & scripturarum esset inter nos. Et licet nos idem pascha predicta die celebremus, & quidam inde dubitarent ad corroborandas tamen animas eorum eidem Hermi angelus domini in habitu pastoris apparuit, & precepit ei, ut pascha die dominico ab omnibus celebraretur tempore suo, unde & vos apostolica auctoritate instrui mus omnes eadem seruare debere, quia & nos eadem seruamus, nec debetis a capite quoquomodo dissidere. Cauete diligenter omnes, ne quis vos decipiat per aliquam astrologiam vel philosophiam & inane callaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum christum & traditionem rectam, in christo enim habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter ut sitis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis, qui sine dubio contra mandata dei agit peccat, & qui consensum prestat erranti. Hanc sanctam sedem apostolicam omnium ecclesiarum caput esse precepit, ipso dicente principi apostolorum Petro. Tu es Petrus & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & porte inferi non preualebunt aduersus eam, & tibi dabo claves regni celorum. Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in celo, & quodcumque fuerit solutum super terram, erit solutum & in celo. Quid enim prodest illi suo errore non polui, qui consensum prestat erranti. Oves enim pastorem suum non reprehendant, plebs vero episcopum non accuset, nec vulgus eum arguat, quoniam non est discipulus super magistrum, neque seruus supra dominum. Episcopi autem a deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit, nam a subditis aut prauis vite hominibus non sunt arguendi vel accusandi, aut lacerandi, ipso domino exemplum date, quando per seipsum & non per alium vendentes sacerdotes, & ementes eiecit de templo, & mensas nummulariorum proprio euerit flagello, & eiecit de templo, & sicut alibi per prophetam loquitur dicens. Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos discernit. Si quis vero a suo proposito retrorsum exorbitauerit & iussum apostolice sedis libenter transgressus fuerit, infamis efficitur. Reprobari ergo oportet eorum redargutiones qui in recta fide suspecti sunt. Fides autem & conuersatio primum scrutanda est, & denuo qui irreprehensibiles apparuerint sunt recipiendi, & non prius, quia bonus homo testante veritatis voce ex bono thesauro cordis sui profert bona, malus homo ex malo thesauro cordis sui profert mala. Ex abundantia enim cordis os loquitur, ideo persona & opinio ac vita vniuscuiusque in initio rimanda est, quia boni semper infestantur a malis. Boni enim cum malis licet mixti sint in ecclesia, vix concordare inueniuntur, quoniam dissimilis est eorum cogitatio, voluntas & actus. Nichil enim prodest homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur, & ab obrectationibus lingua cohibeatur, unde ait propheta. Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum, diuertere a malo & fac bonum. Nemo enim bonum faciens alteri verbo aut facto nocere vult, quantum in suspicionem debet venire fidelis homo ut dicat aut faciat ea que pati non vult. Quia omnis suspitio potius repellenda est quam approbanda vel recipienda. Charitas enim non querit que sua sunt, sed que aliorum, quia vnius causa multorum non est preferenda sectamini charitatem, emulamini spiritualia. Charitas enim patiens est, benigna est. Charitas enim non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit que sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit. Semper rogo vos, ut deteriora relicta, & meliora perficiatis, quia nos non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus que a deo donata sunt nobis & ea sectamini indifferenter. Data. vii. idus aprilis. Claro & seueris consulibus.

FINIS.

Epistola